

in ætate iuuenili, quædam incredibilia  
 narrare, Petrus Nauus, qui in eadem Ca-  
 nis aula sapientia celebris, sed mordax  
 habebatur, respondisse traditur. Minimè  
 quidem miror hæc quæ dicis, cum maio-  
 ra fileas, quæ tamen scimus, Pifas & Lu-  
 cam vno prandio deuorasti: pungētis io-  
 ci cuspidem transfixisse senis animum  
 reor, constans est enim opinio, potuisse  
 die illo, quo de dictarum ciuitatum Do-  
 minio pulsus erat, vulgi tumultus com-  
 primi, si è conuiuio surrexisset.

## DE INFERIORVM IOCIS.

## Cap. v.

**H**abet & paupertas ingenium suum,  
 habet & cogitationes alias, nec nūc  
 vlla cōmemoro, quæ vniuersis vrbi-  
 bus campisq; & littoribus nota sunt, quot  
 curas, quantosque labores pro mortali  
 fœlicitate solliciti, domi militiaeque ter-  
 ra pelagóque suspicimus, quam cupidè  
 quamque periculorum omnium oblitus:

*Impiger extremos currit mercator ad Indos.  
 Per mare pauperiem fugiens per saxa per  
 ignes.*

Sed illa duntaxat quæ in remedium fui-  
 ipsius ociosa paupertas excogitat, qualia  
 sunt hæc in Saturnalium lib. præcedenti-  
 bus